



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. XII. Reformationis ratio facillima est delectus ordinandorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

secundum quod scriptum est. (Nemo mittens Deo implicat se negotijs secularibus.) Quod si saculi milites seculari militia student, quid ad Episcopos, & milites Christi, nisi ut vacent orationibus?

§ 36. Sollicite curent seipsos probabiles exhibere Deo. Nam reuera sacerdotium peccandi licentiam non adimit, sed coerctet. Cum honoris augmento cura quoque sollicitudinis debet accrescere dist. 10. orationis. Cura sit ut se Deo probent, & ut alios Deo lucentur.

Sacerdotis honor cura recte viuendi auget.

§ 37. Operarium inconfusibilem. *de veteribus*, qui non erubescat. S. Ambrosius impudoratum vocat. Eo modo quo Paulus gloriatur, cum ait: non erubescio Euangelium. Quod non est magnum cum inter Christianos honorantur Christi antistites, sed cum vel inter gentiles, vel hereticos, vel impios Catholicos Christi improperium ferendum est. Primo inconfusibilis est, qui vincens inanem pudorem nullam officij partem praetermittit. Deinde qui nullis contumelijs, sannis, & irrisionibus ab opere impeditur. Olim magnum periculum verecundiae erat, & nunc inter haereticos est de Euangelio; quia religio humilitatem requirit, quae contemnitur. Nec frustra Paulus Rom. 1. 16. Non erubescio Euangelium. Cur non potius gloriatur in Euangelio? Quia Iudaeis scandalum, gentibus erat ludibrium.

CAPVT XI.

Reformationem Cleri ad normam Apostolicam serio vrgendam esse.

Vetusta in nouanda sunt.

§ 1. REFORMATIONE sunt, quaecumque negligentia, improbitate, temporum lapsu, & ipsa vetustate facta sunt deformia. Hoc velle, conari, efficere à primo Ecclesiae capite omnes, vsque ad infimum sacellanum, à Caesare Augusto, vsque ad minimum minimi pagi praetorem pro officio, viribusque debent. Impis, rerum sacrarum fastidiosis, saginam ex crucifixi patrimonio quaerentibus inuisum est nomen reformationis, res ipsa abominabilis, quia venter aures non habet, nec quae sub ventre, intelligentiam. Sed vrgenda tamen, & omnino perficienda reformatio.

Reformatio nis nomen inuisum.

§ 2. Causa primaria est, & esse debet summo Pontifici, Episcopis, Praelatis, obligatio, qua seuerissima tenetur. de qua alias dicam. Altera quia vsu, & tota historia antiquitatis cognitum est, tum publice puniuntur, & regna euerfa, vastatione, & cecidibus deformata; cum ita vitia inualuerunt, ut legum potestas illis cederet, nec illis eliminandis magistratus infundaret. sic diluuium mundus primogenius perit, sic Sodoma in flammis subedit, sic Chanaan ad summum ductis iniquitatibus extirpati sunt. Haec est enim vicissitudo rerum, hic orbis calamitatum, non fortuito grassantium, sed diuino iudicio meritis poenas exigentium. Babylonii Assyrios, hos Medii & Persae, illos Macedones, hos Romani, Romanos omnis barbaries euerit, idque eo tempore, quo quaeque gens vitiosissima fuit. Consulatur Augustinus de Africa contra Vandalos lucta, Prosper de Gallis & Hispaniis; Videantur praesentia, & his proxima, nonne Vngaria pars magna frenum Turcicum recepit, finitimosque aut crudeli, aut infida pace infestat? Locum habet hoc praecipue in populo Dei, quem beneficio ingrati ceteri poena clementer fauens numinis prouidentia reuocare consuevit. Legantur Iudicum, & Regum libri pro moribus semper fortuna fuit. Erit & in Christiano orbe, qui seruabitur, quandiu vitia punientur, quandiu virtuti studebitur, si effrenatius erumpant, euertetur, vel mutua cade, vel potentiore hoste. Vitia autem reformatione praesidia extirpabuntur.

Cum magis stratus vitia dissimulat, peribit orbis.

Timiditas quorundam praetorum perniciofa.

§ 3. Damnabilis est, & aeternis ignibus vindicabitur quorundam praetorum ambitiosa segnitie; qui molibus verbis eneruant animos, vitiosque sua sponte crescentibus spacia concedunt. Aiunt illi; alia esse nunc tempora, dissimulanda, quae vix emendari queunt, ca-

nonum rigorem esse relaxandum. Reformationes adferre incommoda, haereticos impedire disciplinam. Extiosa sunt haec verba, atque impia. Non enim temporibus, sed animis leges statuta sunt; nec vitia temporum communia exculant singulorum delicta. Nulla tempora adeo vitiosa fuerunt, ut legibus, non obstringerentur. Emendari autem possunt, qui mutari possunt; In gratiam redemptoris sunt iniurii, qui de correctione desperant; Nonne Deus Ecclesiam suam vsque in finem saeculorum custodiet, & mundabit sibi Ecclesiam acceptabilem? Quomodo igitur peccata membrorum eius si non omnino tolli, saltem minui non poterunt? Vnus Eldras, vnus Maccabaeus, quam multa corripuit cum tota gens, in gentium mores, vitiaque; tuitura fatisceret, ad pietatem reduxit partem maximam. Non est abbreviata manus Domini, ut saluare non possit, sed hominum est praecisa voluntas, ut saluari non laborent. Tot millia gentium barbararum cum ab vno saeculo Christum agnouerunt, vsuris, cedibus, polygamia, anthropophagia abdicata, Christianis se moribus formandas vtrique India, & per usque solibus Aethiopum plaga tradidit; cur nos igitur negemus, eo populum, clerumque Christianum posse redire, quo barbaries illa praecessit, veniens ab Oriente, & Occidente, & recumbens cum Abraham, & Isaac, & Jacob, & filios regni in tenebras exteriores proiectos demirans? Ignorare non possunt, sanctissimos canones, ad quos reformatioem exigo, non modo ab optimis, sed etiam mediocribus posse seruari, qui; eos fecerunt, eorum observationem serio praecipisse. Multae fuerunt intra paucos annos prouinciales synodi, omnium vna vox est, Canones in vsu esse reuocandos; Quod si numerum inire sit animus, haud pauciores Conciliorum canones reperiemus, quibus praescos canones seruare iubemur, quam sunt illi canones, de quibus seruandis agitur.

Corripio, test, qui corripuit.

Barbari ceteri possunt, pauperes non possunt.

Frustra canones statuuntur si seruari non possunt.

Reformatio in eruditione magna est.

Mores emendantur.

Quod si etiam propius orbem nostrum inspicere lubet. Jam multa penitus emendata sunt, ut reliqua prouinciae videantur. Ante annos centum magna orbem ignorantia tenuit, nunc artibus, ingenijs, disputatoribus fere laboratur, nunc vna aliqua ciuitas Academicam plures eruditores habet, quam olim tota Germania. magna ergo progressiones sunt factae. Itaque tum ut primum haec concipit digitis, dimidia pene Cleri, & religiosorum pars respexit retro, & latas, debellatasque saeculi vias ingressa est; nunc quauis preciosi sunt in castris sectatorum, rari sunt in apostata.

Minor, sed aliquis tamen in moribus progressus est; nam & veteres familiae religiosorum pristinam integritatem, rigoremque receperunt, & in dies magis magisque efflorescunt, magna spe meliorum temporum, cum tam sancta, fortia, Deo sacratissima pectora caliginoso mundo demonstrent continere saeculi popos, & se se pro nobis apud Deum interponant: Et nouorum turba selecta primitias spiritus praefereutes senescenti orbi auxiliari conantur. Vrgenda igitur illa res est, curandumque ut ea quae defunctae addantur. Defunctae vero quibusdam in locis plurima, in alijs paucissima, prout Episcoporum diligentia, aut incuria fuit.

CAPVT XII.

Reformationis ratio facilissima est delictus ordinandorum.

§ 1. CUM in beneficiis Ecclesiasticis ea, quae haereticarum successione imaginem referunt, sacris constitutionibus sint odiosa, & patrum decretis contraria, ut est in Concilio Trid. sess. 25. c. 7. hinc fit, ut nullus Clericus malus nascatur; si igitur contra canones quisquam viuit, vel ex eo est, quod malus electus sit, vel postquam ordinatus est a virtute deficiuit, quorum vtrumque sagace cautela Episcopi impediunt. Vix enim quisquam diu malus est, ut nemini constet, aliquo se iudicio semper malitia prodit.

Nemo clericus nascitur, si eligatur malus, culpa est eligentium.

§ 2.

Institutione
facultatum
vita clerici
corum
causantur.

§ 2. Causa plerumque cur mali clerici euadant, sunt parentes, magistri, tutores, cognati, quia aut negligenter, aut vane educantur. Quocirca improba sunt facularium de vitiis Clericorum querelae. miraris filium esse vanum, superbum, ebriosum? patris tui; vitia tua ex patria auctoritate hausit; aut dic sane, quid fecit, quod domi tuae non didicit, aut inter familiares, quibus eum addixisti: si tamen ex te non didicit esse malus, vide an non tua indulgentia, merofitate, imprudentia factum sit, ne maneret bonus.

Idoneus
clerus
eligendus
clericus.

§ 3. Qui idonei non sunt, nullo modo sunt admittendi, ita uis, & concilia, aureus canon est Concilii Mediolanensis. Pro auctoritate, canonum iure, & a Concilio tibi tradita, Episcopus, si idoneus non comperit, a patronis etiam quibuscumque, praesentatos, ne probet, admittatur, neuque instituat, nec vero eo uilo quouis nomine prouideat, sed plane illos repellat. Idoneos porro ne censeat, quos experimento examinis interrogationibus diligenter facto, & doctrina, & cantus peritia, & aliis qualitatibus, ad recte ritum, obeunda munera, eo beneficio, ad quod praesentatur, incumbentia, committantur necessarius, praedictos esse non uiderit.

Ordinator
indignus
deponitur.

Porro ordinator indigni iure canon. deponitur. dist. 24. c. 55. ex poenitentibus. & dist. 59. c. 1. Qui Ecclesiasticis disciplinis imbutus per ordinem non est, & temporum approbatione diuini stipendii eruditus, nequaquam ad summum Ecclesiae sacerdotium aspirare praesumat: & non solum in eo ambizio efficax habeatur; verum etiam in ordinatore eius, ut careat eo ordine, quem sine ordine contra precepta Patrum creditur praesumendum.

Hic reuocandus canon est, si sacerdotalis pietas, sinceritasque restituenda est.

Modus etiam & ratio de idoneis statuendis, ex dist. 77. & aliis colligitur.

Gratissimum
sedus
Episcopo
indigni
delecto.

§ 4. Quo maior est dignitas ordinis, ad quem quis assumitur, eo maior est cura habenda facultatum, & virtutum eius, qui est ordinandus; Episcopis eligendis prima cura impendenda est. Non enim in membrum Ecclesiae esse potest, si laborat in capite. Quamobrem electores Episcoporum grauissime delinquit, cum muneris sui rationem non ducunt.

§ 5. Annorum quidem ratio in ordinibus obseruatur, sed tamen non veteri more. Sexta synodus c. 15. Subdiaconus (dist. 77. c. 4.) non minor 20. annorum ordinatur. Si quis vero in aliquo ordine sacerdotali prater constituta tempora ordinatus fuerit, deponatur.

Diaconus
25. annorum.
Presbyter
30. sit.

Et Carthago. c. 4. Placuit, ut ante 25. annos aetatis nec diaconi ordinentur, nec uirgines consecrantur, & ut lectores populum non saluent. Idem statuit Agathensis. c. 16. & 17. Episcopus benedictionem diaconatus minoribus, quam 25. annorum penitus non committat. sane si coniugati iuuenes conseruauerint, ordinari etiam uxoribus ita requirenda est, ut sequestratio mansionis cubiculo, religione promissa, posteaquam pariter conuerfi fuerint, ordinentur. Presbyterum uero vel Episcopum, ante 30. annos, id est, antequam ad uiri perfecti aetatem perueniat, & diaconos ante 25. nullus metropolitanorum ordinare praesumat. nec per aetatem (quod aliquoties euenit), aliquo errore culpentur. In sacerdote requiruntur annos 30. dist. 78. c. 4. Presbyter ante 30. annorum aetatem non ordinatur, quamuis sit probabilis uita: sed obseruet usque ad praesentum tempus. Dominus enim noster Iesus Christus 30. anno baptizatus est, & tunc praedicauit. Eadem sunt in nouell. in authent. de sanctis. episcopis. §. Clericos. & apud Leon. ep. 83. c. 1. ad episcopos Africanos. Zachar. tamen Papa in necessitate an. 25. permittit ordinationem presbyterii.

Ordines
ex
auaritia
facili
simi
improbi
modi
generantur.

Ego arbitror in tot casibus iuniorum sacerdotum expedire, ut maior aetas constituatur, praesertim cum abest necessitas, cum diaconatus, aut lub diaconatus non ex necessitate, sed cupiditate ampliorum reddituum petitur. Nam ea aetas, quae nunc est sacerdotalis ex dispensatione, & necessitate Ecclesiae permittentis, non ex libero iudicio talis est. Deinde in minoribus ordinibus non puto magnopere laborandum, quia non obligat ad castitatem perpetuam. Alia tamen ex causa noxia est

properatio, cum lectores exorcistae, acoluthi constituntur, qui nec legere, nec quid illi ordines sibi velint suspicari possunt. Non sic Petri fuit, veterumque norma. duodecim in his annos leges requirunt, sed eos idoneos instructos esse praesumunt. licen. dist. 28. c. 5. De his, quos uoluntas pariterum a primis infantiae annis clericatus officio mancipiauit, statim obseruandum, ut mox detonsi, vel ministerio lectorum traditi, in domo Ecclesiae sub episcopali praesentia a praeposito sibi debeant erudiri. At ubi octauum decimum aetatis suae complenerint annu, coram totius plebisque conspectu uoluntas eorum de expectando coniugio ab Episcopo perscrutetur: quibus si gratia castitatis, Deo inspirante placuerit, & promissionem castimonie sua absque coniugali necessitate spondiderint seruaturus; hi tanquam appetitores arctissima via, leuissimo Domini iugo subdantur; ac primo subdiaconatus ministerium habita probatione professionis suae a 20. anno suscipiant. Quod si inculpabiliter, ac inoffense 24. annum aetatis suae peregerint, ad diaconatus officium (si scienter implere posse ab Episcopo comprobantur) promoueri debent. Cauendum tamen est his, ne quado sua sponsonis immemores ad terrenas nuptias, aut ad furtiuos concubitus ultra recurrant. Quod si forte fecerint, ut sacrilegi rei ab Ecclesia habeantur extranei. Quibus autem uoluntas propria interrogationis tempore desiderium nubendi persuasit, concessam ab Apostolo licentiam auferre non possumus; ita ut cum prouectae aetatis in coniugio positi renuntiaturos separi consensu operibus carnis spondiderint, ad sacros ordines adspirent. Omnino maturitatem, & constantiam requiro, praesertim cum in mundo victuri sint, & inter quotidiana castitatis pericula, & naufragia decertaturi.

§ 6. Nemo sine legitimo examine in clerum admittatur dist. 24. c. 2. Nullus ordinetur clericus nisi probatus fuerit, vel episcoporum examine, vel testimonio populi. Quare in quibusdam locis quita ordinetur? Vbi sit morum & doctrinae tanta ratio. dist. 24. c. 4. Episcopi iudicio metropolitanorum, & eorum episcoporum, qui circum circa sunt prouehantur ad ecclesiasticam dignitatem, ut uidel. qui plurimo tempore probantur tam uerbo fidei, quam recta conuersationis exemplo. Nam reuera doctorem uirtutis, etiam ductorem esse oportet. si sal infatuatum fuerit in quo salietur.

Modus examinis est ibid. c. 5. Quando Episcopus ordinationes facere disponit, omnes, qui ad sacrum ministerium accedere uolunt, seria quarta ante ipsam ordinationem euocandi sunt ad ciuitatem una cum archiepiscopis, qui eos representare debent: & tunc Episcopus a latere suo eligere sacerdotes, & alios viros prudentes, gnaros diuinae legis, & exercitatos in ecclesiasticis sanctionibus: qui ordinandorum uita, genus patriam, aetatem, institutionem, locum, ubi educati sunt, si bene literati, si instructi in lege Domini, diligenter inuestigent, ante omnia, si fidem Catholicam firmiter teneant, & uerbis simplicibus asserere queant. Ipsi autem, quibus haec cura committitur, cauere debent, ne aut fauoris gratia, aut cuiuscumque muneris cupiditate illecti a uero deiectione, ut indigni, & minus idoneum, ad sacros gradus accipiendo, episcopi manibus applicent. Quod si fecerint, & ille, qui indigne accessit, ab altari remouebitur; & illi, qui donum S. Spiritus uideri conati sunt, coram Deo tam condonati ecclesiastica dignitate carebunt. Igitur per tres continuos dies diligenter examinentur: & sic subdico, qui probati inueniunt, episcopo represententur. Non examinantur tamen, si Clerico testimonium Episcopus, monacho Abbas dederit.

Nisi forte Abbas ipse iudicetur imperitus, sic enim testimonium elidit seipsum. 16. q. 1. si quis. Ratio ueri examinis describitur in Conc. Mediolan. 5. Quae ad beneficiorum collationem attinet. Cum aliquis examinatur ad aliquod beneficium Ecclesiasticum, cui prouidendum sit, de eo experientia fiat examine non solum in litterarum scientia, sed etiam in carnis peritia, ad illius beneficii functiones rite, & recte obeundas, tum praeterea in usu, ac notitia, quam in recitandis diuini officii horariis precibus habet. Vbi praebenda, vel Theologalis, vel penitentialis vacauerit, si illius conferenda uis ad alium, quam ad Episcopum, praeterea ad sedem Apostolicam, pertineat, adiectum de more apponatur, quo ad eorum sume uocetur, quicunque sint, qui illi muneri causa examine subire uelint, alioque nominare, qui subeant, per concursus autem constituti temporis spatio, unus cuiusque eorum, qui illo

Minores
ordines
non
nisi
instru-
ctis
dandi
sunt.

Ratio
instituen-
di
no-
uos
canoni-
cos.

Examen
eruditionis,
& morum
est
primum.

Quomodo
examinan-
di
clerici?

Testimonium
incredibile
est
inefficax.

In
causa
etiam
exami-
nandi
sunt.

Praebenda
sume
danda.

Domine conuenerint, periculum experimentumue in litteris ac doctrinis omni vel diligentissima percontationum, questionumue ratione, fiat; Episcopus, adhibitis sibi pro arbitrio suo aliis peritis, probisque viris, tum etiam de illorum vita, moribus, atate, gradu, ordine, ceterisque conditionibus ad tale munus necessarius, accurate perquirat. Tum demum Episcopus ipse solum rebus iis omnibus accuratè perpensis, maturè in Domino deliberet, & liberè deligat, quem pro conscientia sua religionè digniorem aptioremque existimet, cui tale munus, tantique ponderis rectè committatur. Quia in re deliberationeque, idem videat, ut quod præsertim ad penitentiarium attinet, eum peritiam necessariam spectarit, tum maximè vitæ innocentiam, morum grauitatem, spiritualium exercitationum studium, & rsum diuturniorem in audiendis confessionibus exercitiorum prudentiam, ceterasque religiosas pietatis virtutes perpendat. Tu Deus magne da nobis in Germania talem Carolum, non qui constituat tantummodo, sed qui exequatur; nunc enim præbendas doctorum, & numerosas parochias, pueri, nobiles, scribæ, idioteæ frequenter obtinent, ad certissimam sui damnationem, aliorum perniciem.

Hinc Germania perniciet.

§ 7. Quia vero crebro quæstiones iactantur, quid quemque scire oporteat, multaque latent eo sub prætextu fraudes, & machinæ quaruntur eludendi examinis, visum est mihi rationem examinis quam Concilium 5. Mediolani habitum prolixè confectum, exhibere ita vero habet.

DE EXAMINANDI RATIONE.

In Ecclesiæ administratione, ut necessarium, ita multiplex est examinis de litterarum peritia, & disciplina officium: modo namque ab Episcopo, cum ab eorum qui ordinis sacramento initiandi sunt, tum etiam ad concionatorum, confessorumque approbationem adhibetur; tum præterea ad indagandam prospiciendamque cleri in litterarum studiis rationem progressionemue: ad aliaque item multa Episcopo idem adiumento, atque vsui est: modo autem non solum de illis, qui ecclesiis parochialibus, aliisque curam animarum habentibus, præficiuntur, illud instituitur, & conficitur, sed de iis etiam, quibus beneficium ecclesiasticum cuiusunque generis, vel litterarum Apostolicarum, quæ forma, dignum, conscribi solent, auctoritate, vel alio iure conferuntur, quæ ad ea præsentationis, nominationis, electionisue nomine instituuntur. Quamobrem, ut omnis, quacunque causa suscipitur, hac examinandi ratio per examinatores, ut fieri potest, quam rectissimè conficiatur præter aliqua, quæ præsertim Concilio provinciali quarto enucleatius decreta sunt, hæc etiam instructiones consciendas censuimus, quæ partim ad vniuersum hunc examinandi modum pertinent, partim vero certorum examinum propria sunt.

Atque iis quidem omnibus pro sua quisque pietate Episcopus, & prudentia, alias etiam instructiones adiungat, aut de iis aliquid remittat licet, prout è sue diæcesis rationibus atque vsu esse viderit.

Quæ instructiones, ut in morem & rsum inducantur, cura sit eiusdem Episcopi, & Vicarii, qui examini præest.

Porro in primis examinatores in synodo diæcesana constituri, cum eorum, qui Ecclesiis parochialibus præficiendi sunt, examen ineunt, iurisperiti, quo publicè in synodo, quo primum tempore delecti sunt, sese obstrinxerint, memores, videant, ut omni humana affectione deposita, munus à se susceptum rectè curent, atque administrent, ne quod sanctè religiosè, spondiderint, violent, ac propterea periuri fiant.

Examinis causa, occasioneue, nihil quicquam, ne minimum quidem, neg, ante, neg, post accipiant: aliqui sciant, qui dant, se simonia crimine ex sanctione Tridentina subisse, nec vero præterea se neg, adeo illos, qui dant, absolui licere, nisi dimissis beneficiis ecclesiasticis quacunque, obtinent, ac inhabiles item factos se esse, quibus in posterum ea vel alia conferantur.

De omni vero culpa, in suscepto munere commissâ rationem in synodo provinciali reddant, in eâque grauius

autoritate Tridentini Concilii puniantur.

Nec vero item qui examinatores liberè pro arbitratu Episcopi ad alios quocunque nomine, causaue examinandos afficiuntur, examinis occasione inquam quicquam, ne esculenta quidem, poculentæ capiant. Qui contra fecerit, cum indignus deinceps censetur, qui id muneris gerat, tum alia pœna arbitrio Episcopi afficiatur.

Omnes vero examinatores, quicunque sint, nouerint sibi munus vsq, adeo graue committi, ut si negligerent aut malè se illo modo gesserint, Deo in primis culpa in eo munere admittenda, exactam rationem reddituri sint.

Quare non spe, non metu, non præmio, non personarum ratione, non aliquo affectu ducti, muneris sibi commissi curam gerant.

Proposito sibi in primis timore Dei, ne quemquam, quem indignum norint, probent; rursum, quem experimento periculose factò, idoneum dignumque comperiant, ne reiciant. Itaque grauius, maturè, prudenter rectèque, tum de probando, tum de reiciendo deliberent.

Cum in locum conuenerint, ubi moris est, clericorum experimentum fieri, priusquam aggrediantur, à statuta prece, orationeque congregationum vsui præscripta, quam de libro pronuntiet, qui examini præfides, initium faciant, hoc piè intimeque precantes, ut Dei ope illud in primis rectè, prudenter, diuinèque voluntati congruenter conficiant.

Ne quempiam, de quo examen periculumue fiat, examinatore, alii collegæ, illa ratione commendent.

Ne ad alienius examen accedat, nec vero suffragii ius habeat, nisi Episcopi, Vicarii iussu ad illud euocatus.

Si quis quempiam priuatim docuerit, qui examen subiturus est, cum id subibit, ne præfens quidem ille adsit, ne dum ad examen adhibeatur: sed alius in eius locum, Episcopi, Vicarii iussu tunc vocetur.

Cautio diligens sit, ne alterius nomine quis examen experiat, experimentumue subeat, quod aliquando factum esse compertum est.

Quærat item diligenter de iis, qui ad examen subeundum accesserint, an alias institutis de more examinandi quæstionibus, experimentum periculumue sui fecerint, anque si quid extet, quod de illis compertum vel deliberatum sit.

Ne examinis initium fiat, nisi presentes adsint tum Episcopus vel Vicarius, tum examinatores ex præscripto Concilii Tridentini, ad minimum tres, cum de beneficio curato quauis ratione conferendo examen instituitur. Id quod locum etiam habeat deinceps, cum vel de aliquo maioribus ordinibus initiando, vel de concionatore, confessorieue approbando examen conficitur.

Cum quis in examen venerit, eius vultus & habitus corporis, & vestitus, & incessus, & gestus & sermo inspiciatur diligenter.

Si quis vel clericali vestitu deformis ab ordinis ecclesiastici decore aut disciplina alieno indutus, vel sine congrua proprii status & ordinis ratione consura accesserit, nec ad ullam examinis experimentum ueritatem ei aditus fiat, nisi decenti veste amictus & consura præscripta ad illud redierit.

Ne de illo quocunque, initiando, si modo non aliter Episcopus aliquando censuerit, examen, experimentumue antea fiat, quam ætatis, natalium aut dispensationis concessa, beneficii Ecclesiastici, vel pensionis patrimonijue testificationes scriptas, easdemque à Vicario Episcopali recognitas, illiusque subscriptione signatas ac probatas attulerit, exhibueritue: nisi aliquando Episcopus eas post examen adhiberi recognoscere iusserit.

Neg, item, nisi alias præscriptas decretis provincialibus, editæque Episcopali testificationes dederit.

Nec vero propterea, nisi de eo à Cancellario Episcopali examinatores audierint cognouerintue, quæcunque Episcopi iussu inquisitiones de eo factæ atque ex officio præscriptæ, aliorum litterarum significata, vel denunciata, vel delatae sint.

Testificationes vero omnes, tum ab eo qui initiandus est, tum ab alio quouis occasione examinis exhibitæ, Cancellario Episcopali restituantur tradanturue.

Quis sit illos ipsas in codice certum, eo nomine conse-

crunt

Etiam summam referre, eundemq; in Archivio Episcopali asseruare. Verum testificationes etatis, natalium, ac si de eo, qui maioribus ordinibus initiandus est, agitur, patrimonij, beneficij Ecclesiastici idem Cancellarius asseruet: ac literis publicis, quas de eo qui ordinem suscepit, conficiet, de illis pro ratione sibi prescripta testatum faciat.

Cum examen igitur illius, cui in curam certa Ecclesia parochialis tradenda est, instituitur, videant ante examinatores, qui, qualis & quam numerosus populus sit, cuius parochialem curationem is suscipiet.

Qua sanè re diligenter explorata, in examine quod inibunt, sibi proponant accuratè perspicere, an ad eam curam suscipiendam gerendamue idoneus omnino ille sit.

His omnibus ita prescriptis, examinatores ordine ad interrogationes quæstionesue veniant. Atq; in examine quidem ea ratio inest, ut interrogationes quæstionesue examinatore proponat, quem pro vicissitudinis ratione & pro doctrina disciplinæ genere, modo hunc, modo illum in eo ipso examine Episcopus vicariusue, examinis preces interrogari iusserit, ut ne vnus alterum vario multipliciq; interrogationum modo certatim interpellat.

Interrogationum porro & quæstionum rationem examinatores ita teneant, ut illis inter se sic distributis, examinis instituti rationibus, prout oportet, cumulate satisfactum sit: atq; eorū vnusquisq; quo de genere quærere instituerit, ita de eo quærat interrogetue, ut quemadmodum pars est, illius generis quæstiones interrogationesue satis explicatae sint.

Silentio dum examen habetur, videntur: nec inter se colloquia confabulationesue habeant: nec mutuas itidem quæstiones dubiorumq; explicationes sibi proponant: sed ad illius, de cuius doctrina interrogationibus quæritur, responsiones attentum animum attentionis studio eidem addant, ad rectè explicandas propositas sibi quæstiones. Nec vero examinatore loco suo in terrogantem, alius interturbat: sed vnusquisq; expectet, dum sibi ordine p quæstionis genere rationeue interrogare cõtingit.

In quæstionibus interrogationibusue proponendis, non verbis, non aspectu, non vilo modo seueros vehementesq; se præbeant: ut qui examen subeunt seueritate deterrent, animum ne despondeant, memoratq; languescant, ac vacillent non sine aliquo dedecore: ac benigni, grati, animi significatione illos vel differentes vel respondentes audiant: nec vero quibusdam interrogatunculo alia et illa ratione interpellent.

Si quid autè vel in differendo, vel in legendo, vel in pronuntiando, vel in respondendo, eos offendere animaduertierint: ne tunc illos doceant oburgere, ac ne moneant quidem, nisi quid ad examen rectè instituendum perficiendumue pertineat: sed examine peracto eos breui admovent doceantue, si quid necessario tunc illos admonendos docendosue duxerint.

In omnibus porro & singulis examinis interrogationibus spectetur non solum vnusquisq; eorum qui examinantur scientia: sed etiam vsus, iudicium, ingenij vis ac solertia.

Examinis autem omnium ea ratio instituta sit. Ut primo de voto, vita, statu, genere, patria, domicilio eius quærat, qui examen subit.

An impedimentum aliquod habeat, quo irretitus vel initiari vel beneficium Ecclesiasticum, cuius nomine experimentum sit, vel predicandi munus, vel confessiones audiendi, suscipere ac exercere non possit. Quo impedimento si quis etiam occultè il ligatus tenetur, id plane Episcopo saltem patefaciat, ne quisquam illegitime vel iniuste, vel beneficium consequatur, vel aliud munus suscipiat geratue.

An in orationis sanctæ studio vsusq; versatus.

Quibus meditationibus instructus, Deum tacitus oret.

Qui orationis modus.

Qui illius fructus, quæue utilitates.

Quor, quibusue partibus illa constet.

Quor regulæ preparationis ad orationem, & cetera multa eiusdem generis, prout prudens piusq; examinatore pro ratione aut persone, de qua quæritur, aut c. m. se, ob quam sit examen, opus esse viderit.

His perquisitis, examinatores ad scientiæ, eruditionisue experimentum descendant. Ut autem si certam sibi formulam proponant, qua illorū, qui examinantur, & literarum doctrinā, &

vite clericalis disciplinā, & rei Ecclesiasticæ peritiā experiantur, in omni experimenti, examinisue ratione, sacris Bibliis, Catholico Rom. in primis Conc. Trid. sacrorum canonum decretis, & aliis Pontificiis constitutionibus, synodisq; tum prouincialibus, tum diocesanis videntur, unde suas interrogationes hauriant, quibus, prout est illorum ingenij capius, explorent eorūdem & scientiā, & Ecclesiasticarū rerum notitiā atq; vsū.

Cautio autè sit, ut si, dum quis interrogatur, ita rudem atq; ignarum se ostendat, qui rerum faciliū, minimarumq; nullam scientiam vsusq; teneat, ne aliarum rerum difficultium interrogationibus tempus conteratur.

Rursus cum quæpiam, quanta doctrinā, & vsu literate peritus sit, exploratum erit, non est cur pluribus interrogationibus secum diutius agatur.

Nunc igitur vniuersè infra præscribemus, quæ ad rationem pertinent vniuscuiusq; examinis eorum, qui vel Ordinis Sacramento initiantur, vel parochialium Ecclesiarum curam, vel alterius beneficii munus suscipiunt, vel sacra confessionis audiendæ officium sumunt, vel ad verbi Dei predicationem mittuntur. At vero speciatim longe plura, atq; adeo pauciora, prudentium examinatorum, ac presertim Episcoporum, eiusue qui examini præest, iudicio relinquuntur, & pro eorum captu, qui ad examen accedunt, & pro ordine, quo quis initiandus est, & pro ratione locorum, qui mittuntur, & pro genere doctrinæ, quam proficiuntur.

Qui vero earum rerum, quæ certis interrogationibus demonstrata, in hac instructione continentur, se minus eruditos esse ostenderit, eos Episcopus admoneat, ut diligenter in posterum in doctrinis incumbant, atq; harum ipsarum rerum in primis peritiā, & scientiam percipere studeant: ita, ut cum vifitationis munus, aliæ eorū studij & progressus in literis recognitio adhibebitur, rectè periteq; omni eo doctrinæ genere instructi comperiantur.

Ac primo quidem eum, de quo examen faciendum est, legere examinatores iubeant, quoad experiundo videant, an ille rectè, explicateq; legat.

Post, si ordinis, aut beneficii, aut recognoscendæ clerici cuiusquam in literarum studio progressus causa experimentum sit, grammaticorum more, verborum constructionem proponat: quo in genere, si quid is errat, labiturue, ita ut ne pro grammatica quidem ratione, illorum vsus, peritiāue teneat, ne propterea eum interturbent, interpellent, aut impendant, quo minus ad propositam grammaticæ instructionis modū redire possit.

Tum verborū, quæ legerit, construxeritq; sensum ab eo quærant: quem ut rectè eliciat atq; exprimat, quod ei legendum proponunt, eiusmodi sit, quo tota scientia, sensusq; perfectus concludatur, nihilq; in se habeat, quod sub historia intelligentiam cadat, aut ex antecedenti, consequentine alio capite explicatio existat: deinde ad alia grauiora eius doctrinæ, disciplinæue experimenta examinatores progrediantur.

Qui primam tonsuram, aut minores, maioresue ordines suscepit, ad experimentum examenue accedent, ab vnoquoq; eorum vniuersè ac sigillatim quæritur præterea, an impedimentis, quæ Concilij prouincialis quarti decreto de initiandis commemorata sunt, irretiti teneantur, vtpote, an scil. sint,

- Maiores natu.
- Rudes, & ignari.
- Criminosi.
- Solemner penitentes.
- Neophyti.
- Ebrietati, & gula dediti.
- Impudici.
- Lapsi post ordinem susceptum.
- Periuri.
- Vsuarij manifesti.
- Infames.
- Rationis obligati.
- Serui.
- Corpore vitiat.
- Insigniter deformes.
- Illegitime nati.
- Peregrini, & ignoti.

Bigami.

Irregulares quouis alio modo.

Quo in genere cautio sit, ut præter alia, speciatim perquiratur ab eo.

An stipendium belli fecerit, unde cedes hominum extiterit.

An iudicis criminalis in foro laicali officium gesserit.

An sententiam capitis tulerit.

An criminis, cuius nomine capitis quis damnatus sit; acta, sententiam, iustificationesq. dicitur, aut conscripserit.

An in eo procuratoris, advocatiq. fiscalis munus administravit, aliq. exercuerit, unde irregularitatis macula contraxerit.

An suspensi.

An interdicti.

An excommunicati.

An amentes.

An morbo caduco laborantes.

An emergenti.

An vero non examinati, & probati.

Exploretur item, an surtim, per saltum ordinem suscepit.

Inuestigetur præterea, cum quis ordinem aliquem suscepit, ad examen venit, quamdiu est, quo alium ordinem suscepit, ut nemini ad altiore gradum pateat ascensus, nisi in singulis alijs inferioris ordinis gradibus congruo temporis spatio perstiterit ad præscriptum Tridentine sanctionis.

An vim, & naturam, mysteriaq. ordinis, quem suscepturus est, norit.

An item ritus, & ceremonias quæ ex libro pontificali adhibentur, cum imitantur.

An eorum item significationes sanctiores.

An sacramentum vestium, quibus induuntur, mysteria item, & significata.

An functionum notitiam habeat ordinis, quo quisque initrandus est.

An earum usum, exercitationemq. rectè teneat, cum in literis, tum etiam in cantu: in quo experimento adhibeantur cantus periti.

Hac generatim ab omnibus & singulis explorentur. Nunò præterea sequuntur, quæ sigillatim cuiusq. ordinis propria, suo loco præscripta, perquirenda sunt: ita tamen, ut examinatores prudentia sua ratione, quæ in ordinis inferioris examine explorationeue requirantur, aliquando etiam perquirant ab ijs, qui superiore ordine imitantur.

De ijs qui primatonsuram imitandi sunt queratur & inuestigetur primum, quam ob causam se clericos fieri velint.

An secularis iudicii vitandi causa imitari curent.

An contentiosis litibus implicati.

An rixam, simultatemq. exercent.

Quod item artificium teneant, quæ in arte, quæ in vite genere hactenus versati sint. (fore.)

An tales sint, qui spem præbeant, Ecclesie ministros utiles se

A quo sacerdote, sanctioris vite magistro, instituti sint ad clericalis vite modum.

An legere, & pronunciare, & scribere norint, tum in vtroq. genere de iis periculum fiat.

An doctrine Christianæ præcepta institutaq. sciant.

An Epistolæ intelligentiam habeant.

Præterea an sacramentum confirmationis susceperint.

De ijs vero, qui in minoribus ordinibus adscribi volunt, queratur, experiendog. cognoscatur.

An saltem primordia grammaticæ, & linguam latinam intelligant.

An scientiæ speciales eos ostendat, qui digni sint ut ad maiores ordines aliquando ascendant.

Qui vero sacris ordinibus, utpote subdiaconatu, diaconatu, sacerdotio imitandi sunt, cum ornati, excultiq. iis virtutibus esse debeant, quæ in clericis inferiorum ordinum requiruntur, sicut ad altiore ordinis gradum ascendunt; ita virtutum, & probitatis & doctrinæ quodam quasi ascensu præstare debent.

Quamobrem hoc in primis examinatores videant, an qui ordinis sacramento imitantur, per singulos illius gradus & in vite spiritualis disciplina maiorem progressionem fecerint.

An Breuiarium, anq. sacra Biblia, an item sanctorum pa-

trum volumina, Conc. Trident. & provincialia quoq. synodos Episcoporum diocesani, Catechismum Roman. rationale diuinorum effectorum, & libros aliquos, de vita spiritualis rationibus conscriptos, sui muneris vsui accommodatos habeant.

A subdiaconis potissimum de ordinum minorum queratur, & maiorum differentia.

An in minoribus ordinibus probatus sit. (Eum est.)

De voto item continentia, q. subdiaconatus ordini coniun-

De sacramentorum etiam doctrina, saltem generatim. Tum eorundem periculum, experimentumue fiat in officii diuini recitandi ratione.

Diaconorum examen experimentumue fiat, præterea aliquanto digentius de sacramentorum doctrina.

Experimentum item aliquod fiat in concionibus habendis, extratione concionatorum examini infra præscripta.

Ab ijs, qui sacerdotio initiari volunt, hac sigillatim studio perquirantur.

An pie & fideliter in ministeriis ante altis se gesserint.

An spectata pietate, anq. castis moribus.

An præclarum bonorum operum exemplum & vitæ documenta ab eo expectari possint.

Hac præterea querantur.

Quid sit Missæ sacrificium.

Quid sit sacrificium effectus.

Quæ eiusdem partes.

Quæ mysteria in eo insint.

Quæ sacramentum vestium significationes.

Quæ in eo officio offerendo requirantur.

Vbi & quando in id fieri non licet.

Quæ dubia aliquando incidere possunt.

Quæ explicatione opus habeant, ut illud rectè fiat.

Tum experimentum eorum ex præscriptis infra regulis fiat.

An sacre confessionis aliquam peritiam habeant. (sint.)

An ad alia item sacramenta rectè ritèq. ministranda idonei An eorum cognitionem explicationem habeant, ex interrogationum præscripto, ut infra de Parocho.

An doctrinam item teneant, quæ verbum Dei rectè tractare, concionemue habere possint.

Anq. de sacra, de Christianarum virtutum officiis, atque de omni re ad salutem necessaria aptè populum instruere aut docere possint.

Cum vero à ceteris omnibus, ut præscriptum paulo ante est, qui clericali ministerio adscribuntur, de vite spiritualis sanctiorisq. institutis atq. exercitationibus perquiratur, tum maxime ab ijs, qui vel sacerdotio imitantur, vel parochialem curam suscipiunt, vel sacre confessionis audienda munus sumunt, vel in tractatione verbi Dei sacrisq. concionibus versari volunt.

A quibus omnibus & singulis, cum ad examen veniunt, præter cetera quæ ad sanctiæ spiritualis vite usum pertinent, ea maxime explorentur, quæ de orandi modo, deq. omni sanctarum meditationum coelestiumue contemplationum exercitatione ab alijs, qui in eo genere religiose se exercuerunt, tractata sunt.

De ijs vero sacerdotibus, qui Ecclesiarum parochialium curationem suscepturi sunt, queratur præterea, experiendog. cognoscatur imprimis.

An apti ad sensus percipiendos, non solum qui ad grammaticæ intelligentiam sumuntur, verum etiam interiores illos, sanctioresq. tam ad Christi Ecclesiæq. mysteria, & ad spiritualis vite modum pertinentes.

An sermones contexere habereque sciant.

An si quos habuerint, unde sumperint, aut quam illis contexendis conscribendisue rationem adhibuerint; & veros quos apud se conscriptos tunc habeant, eos ostendant atq. tradant.

An in eo genere aliquid ex tempore possint; tunc ex temporaneo breuiq. sermone periculum fiat, quantum concionando valeant.

Atque si tractationis quidem verbi Dei vsu peritiorem parochum, Ecclesie parochialis, quæ committenda est, ratio deposcit; examen aliqua ex parte, quæ potior examinatorum iudicio videbitur, incatur ad interrogationum normam, concionatorum examini infra constitutam.

Queratur præterea, an alias vñquam animarum curam gesserint.

gesserint, quod si affirmant, tum interrogentur etiam, & ubi gesserint, & cur inde discesserint.

An intelligant quanti illud sit, animarum curam suscipere, rursumque gerere, quaeque partes ac virtutes illa sint, quibus bonum & vigilantem animarum curatorem praeditum esse oporteat.

An item norint impedimenta omnia, quorum causa interdictum est, ne quis sacramenta ministret & ne quis suscipiat.

An sacramentorum, praesertim vero quorum ille minister est, vim & naturam intelligant; atque hac sigillatim in primis interrogentur.

Qua unuscuiusque sacramentorum materia, qua forma ite.

Qua eorum efficiens causa est principalis.

Qua causa efficiens instrumentalis.

Qua causa finalis.

Qua eorum differentia.

Qui effectus, quaeque fructus.

Qui eorum ritus, quaeque caeremonia.

An maxime omnium peritiam teneant audiendo sacrae confessionis.

Quos huius generis libros, atque adeo summas habeant.

Tum periculum fiat, quam valde casuum conscientia usu periti sint, quamque tum in illis, tum in aliis id generis perite versati, praesertimque in Ecclesiasticis constitutionibus, quae ad rectum vitam usum, populique Christiani mores & virtutes pertinent.

An noverint casus, sanctissimo Papa & Episcopo item a iure & ab homine referuatos.

Atque adeo diligentius, prout opus erit, de singulis interrogentur, quae infra praescribentur rationi examinandi confessarios sacerdotes.

Videant praeterea examinatores, an aliquam sacrorum canonum notitiam habeant, & praecipue quod ad Tridentinum, & provincialia concilia, synodique diocesanas attinet, an illi hac norint quae sequuntur.

An scilicet doctrinam de praecipuis Christianae Religionis articulis, quos oecumenica illa synodus Tridentina contra Haereticos designavit.

An item quae de residentia praescripserit.

An quae etiam de parochis parochialibusque Ecclesia, & de divinarum officiorum cultu caterisque eiusdem generis statuit.

An quae praeterea de clericorum honestate sanciant.

An caetera denique, quae vel ad clericum, vel ad populi disciplinam, vel ad aliarum rerum reformationem constituunt, quae parochi scire beneque nosse intersit.

Ex provincialibus conciliis sigillatim quarant.

Quae de clericali vitae honestate & de parochorum officiis constituta sunt.

Qua item de sacramentorum recta administratione, quae Missae sacrificio, quae praeterea de divinis officiis.

Quae etiam de sacramentalibus, & quae de festorum dierum veneratione, quae de Ecclesiarum cultu, quae de scholis doctrinae Christianae, quae de populi Christianae institutione morumque disciplina, deque aliis ad parochialis vitae munus potissimum pertinentibus, sancita sunt.

Ex synodis diocesanis eam ipsam certis capitibus distinctam, examinandi rationem ineant, prout genus decretorum est, quae in illis Episcopus conficit.

Qui causa beneficii, cuiusvis generis, quod tamen curatum non sit, ad examen accedit, de eo hac inuestigentur.

An canonicarum horarum officium ex Brevarii instituto, rubricisque recitare sciat.

An doctrina disciplinaque omni instructus quae ordo deposcit quo initiari debet, pro beneficii, officii, dignitatisque ratione, cuius causa examen instituitur.

An peritiam item teneat functionum, quas illius beneficii, dignitatis munerisue ratio postulat.

An teneat quae scitu necessaria sunt ad functiones illas vel beneficii recte ritusque praestandas, etiam quae ad recte canendi modum, rationemque pertinent.

Atque haec quidem sunt quae ad examinis instructionem pertinent, eorum, qui aut Ordinis sacramento initiandi sunt, aut

ecclesiarum parochialibus perficiendi, quibusue beneficia conferenda.

Nunc vero sequitur examinis ratio confessariorum, de quibus praeter caetera, quae cum sacerdotis & parochi officio ininvicem coniuncta ipsi sunt, hac etiam sigillatim atque exploratori ratione perquirantur.

De Sacramenti Poenitentiae necessitate.

Quare institutum sit hoc sacramentum, & a quo institutum.

Quae huius sacramenti materia.

Quae forma.

Qui illius effectus.

Qui Minister.

Quae conditiones in eo requirantur.

Quae regulae ad discernendum & distinguendum peccatum mortale a veniali.

Quae poenitentiae partes.

Quae earum partium ratio.

Quid Contritio.

Quae ad veram contritionem sint necessaria.

Qui contritionis fructus & utilitas.

Qua quisquam ratione se ad contritionem exercere possit.

Quae signa sint verae contritionis.

Perquiratur item quae confessionis, quae secundae pars poenitentiae est, natura sit atque substantia.

An diligenter inquirere sciat & peccatoris circumstantias, & peccati item.

Quae mutant speciem peccati, & quae in confessione explicanda sint.

Quae restitutionem exposculent, quae radices causae restitutionis.

An dubios suspectosque contractus norint, aut saltem de iis dubitationes & quaestiones instituire inirene sciant.

Quibus criminibus annexa sint censurae.

An item illarum peritiam & vim teneant.

An casus, in quibus irregularitatis macula contrahitur.

An saltem in iis omnibus, & aliis quae ad verum perfectumque huius sacramenti poenitentiae ministerium pertinent, sciant dubitare & noverint consulere peritos, quomodo agendum sit id, de quo in dubitationem adducunt.

Qui item ritus & sacra caeremonia confessionis.

Quae conditiones ad confessionem vere poenitentis necessariae.

Qui ordo confitendi, quando quis statim confiteri debeat, quando item confessionem iterare.

De satisfactione, quae tertia pars est poenitentiae, quae atur.

Quae satisfactionis partes.

Quis satisfactionis finis.

Qui fructus, quaeque utilitates satisfactionis.

Quae in satisfactione requirantur.

Qualis & quanta poenitentia poenitenti imponi debeat.

An salutare & convenientes satisfactiones pro gravitate criminum & poenitentium facultate iniungere sciant.

An item ex Innocentii III. praescripto, more periti medici sciant infundere vinum & oleum vulneribus sauciari, ac quale debeant praebere remedium aut consilium.

An praeterea canones poenitentiales recte teneant.

Quae differentia sit satisfactionum, poenitentiarum, &c.

De absolute indagatione.

Quae verborum formula requiratur.

Quae preces, orationesque praeterea adhibeantur.

Quis ordo servandus in absolviendo tam a peccatis quam ab excommunicatione suspensioneque.

De sigillo item confessionis plura quarantur, ac praesertim quae vis & quanta sigilli.

Quae sub illud cadunt.

Ex sanctionibus Ecclesiasticis, Trident. Concil. synodis tum provincialibus, tum etiam diocesanis indagatione, quae in illis constituta ad poenitentiae sacramentum pertinent, quaeque de clero, & populi disciplina, & moribus constituta sunt, ut paulo ante in parochorum examine demonstratum est.

Sed hactenus de ratione interrogationum, quae examinandis confessariis sacerdotibus adhibentur.

Iam est locus examinis concionatorum, & sacre scripturae interpretum, a quibus haec quarantur.

Primo

Primo de doctrina articulis, dogmatibusque Concilio Tridentino explicatis, vix de canone scripturae, de peccato originali, de iustificazione, de sacramentis, & generatim sacrificio Missae, de purgatorio, de invocatione, & veneratione Sanctorum, de sacris reliquiis, de imaginibus Sanctorum, de indulgentiis, potestate, & auctoritate Papae, de ieiuniis, & diebus festis, & reliquis multis.

An praeterea habeat reliquos Theologiae notos, & tractatos locos.

Quem in scholasticis praesertim auctorem familiarem habeat.

An saepius sacrorum bibliorum volumina cum glossa, aliove commentario studiosè evoluerit; anque in his ipsis ita diligenter versatus, ut inde locos facile apteque promere possit ad omne sacrae tractationis genus.

An sanctarum interpretationum usu literatè versatus.

An ex antecedentibus & consequentibus verum scripturae sensum elicere norit: anque, item hac Evangelistis, in eodem narrationis genere versantibus.

An rursus temere, pro suoque libito sacram scripturam a vero sensu detorqueat.

An tropologicos, moraleque sensus, cum liberali sensu non coherentes, commentetur.

An explicandis parabolis rectum, praecipuumque rerum sensum spectet, praetermissis explanationibus, quae nihil ad propositum faciunt.

An traditionum Apostolicarum, Ecclesiasticarumque notitiam habeat.

An in sanctorum Patrum scriptis, atque sermonibus perite versatus sit.

Quem item de Patribus maximè in concionando sequatur, atque imitetur.

An sacrorum mysteria temporum norit, annue sacrorum rituum significationes habeat.

An rerum, in Ecclesia sancta gestarum, & Conciliorum praesertim vniuersalium cognitionem teneat.

An Sanctorum vitas, historiamque veram norit.

An congruam canonum scientiam teneat.

An summorum Pontificum iura, atque instituta sciat.

An conciliorum, provincialium praesertim, & dioecesanorum decreta in promptu habeat, ut in parochorum examine praescriptum est.

An casuum conscientiae doctrinam instructus sit.

An Theologiae illius mystica, quae tota in spirituali vita constituitur tradendis, quaeque purgandis affectibus, in reformationeque interiori versatur, praecipua atque exercitationes bene norit.

An denique sanctarum meditationum, orationisque mentalis usum habeat.

An morum doctrinam, Christianamque disciplinam locos, non solum ordine collectos, sed recte notos habeat.

Quos locos teneat, quibus auditorum animi excitantur, vel ad Dei amorè, vel ad caelestis patriae desiderium, vel ad virtutum studium, vel ad detestationem scelerum, vel ad misericordiam, vel ad certas praeterea affectiones, quae ad cultum excitantur, Christianas virtutes pariunt.

An apti denique sint, atque idonei ad concionem concipiendam, & explicandam, non solum Theologiae locorum tractatione, sed similitudinibus, quae ab agricultura, vinea, semine, aliisque rebus ducuntur, quae sub sensum cadunt, atque intelligentiam, praesertim eorum, etiam rudium, ad quos concio habetur.

An ad concionis ingressum, recta ratione utatur, & ab iis vitis refugiat, quae plerique eo in genere admittunt.

An totam concionem recte, ordineque disponat.

An dilucide, distincteque enarret.

An bene pronunciet.

An illius verba pondus habeant, anque vim item, ut non solum auditorum aures attingant, sed animos intus penetrent.

An in tota concione, pro cuiusque rei, de qua agit, ratione, recte, apte, decore, & congruenter agat.

Quo in genere omni, & perquirendo, atque explorando, tum

in aliis diligentius indagandis, examinandos, prout occasio tulerit, quam diligentissime instructiones adhibebunt, quae de concionatoribus ad provinciam vniuersam ex Concilio provincialis auctoritate, inssu nostro editae sunt.

Cum non certa cura, alteriusque beneficii, vel officii, munerisque, sed doctrinae tantum, aut in litterarum studiis progressionis recognoscenda causa examen alicuius instituitur, diligenti etiam illa praecipuaque disquisitione, & interrogationibus supra varie descriptis, pro vniuersiusque conditione indagetur illius doctrina, & in ministeris Ecclesiasticis peritia atque usus.

Horum vero classes quatuor saltem, vel etiam plures constitui poterunt, quibus pro peritia ratione, experimento illorum pacto, adscribantur.

Prima classi adscribantur, qui & perfecte concionandi peritia, & conscientia casuum explanationibus se tales ostendant, qui aliis multis prodesse, atque praesse possint, promouendique idonei sint, non modo ad parochi, sed etiam ad Praepositi, Vicarii foranei, vel visitatoris munus, vel ad penitentiae etiam, aut doctoralis, aut Theologiae praebende obediendum officium, dignitatemque, in Ecclesia cathedrali assequendam, atque ad alia id generis.

Secunda classi erunt adscribendi, qui si minus, ut illi concionari perfecte, atque mediocriter, tum etiam de suggesto possint, qui in casuum conscientiae summis studiose versati sint, & vero Catechismi Romani doctrinam diligenter teneant.

Tertia erunt classi, qui intelligentiae tantum assequuntur, ut si vnus accurata doctrinae concione, atque sermonem de altari saltem habere, ac Evangelium, prout usu venerit, enarrare, & explicare possint; & administrationis Sacramentorum, & casuum conscientiae usu ita periti sint, ut qui frequentius incidere solent, eos aliquo studio adhibito enodare, atque explicare apte queant.

Quarta classi, qui si non magno litterarum studio, aliquo tamen usu apti sunt ad aliquam Evangelii breuiem explanationem; & notitiam quandam habent rerum ad docendum populum, quae salutis necessariae sunt, & ad Sacramentorum administrationem, casuumque conscientiae explanationem pertinent: ita ut si ob sacerdotum paucitatem, necessariumque causam, aliquando curatio aliqua spiritualis pro locutione praesertim ad tempus committi possit.

In inferiori classe reliqui adscribuntur, quorum nulla ratio omnino haberi debeat in curatione animarum committenda, sacramentique administrandi facultate, neque in sermonibus ad populum habendis.

In omni hac examinandi ratione Cancellarius pro sui officij munere hoc praestet.

Certum librum habeat provisionum Ecclesiarum parochialium, aliorumque beneficiorum, quae examine adhibito, etiam ex literis Apostolicis, conferenda sunt.

Quo in libro recte, atque ordine ab eo notentur haec.

Acta examinis, quae in singulos dies, prout examinandi occasio tulerit, fiunt.

Dies vacationis certi beneficii, & modus item vacationis aliarumque id generis.

Dies etiam promulgationis, aut prorogationis editi, quod de concursu proponi solet; cum beneficii vacationis ratio id possit, & reliqua etiam, quae ad promulgationem pertinent.

Nomina quoque examinatorum quos Episcopus certi illius beneficii vacantis nomine ad examen conferendum nominatum delegerit.

Nomina etiam eorum, qui eo nomine examinandi proponuntur.

Dies praeterea, quo quisque examen subit.

Nomina etiam examinatorum, qui interfuerint.

Approbatio, aut reiectio, quam eorum iudicio singuli tulerint.

Nomen item, & cognomen eius, quem Episcopus tanquam aptiorem, magisque idoneum delegerit, cui beneficium ab eo conferatur, ad quem spectat.

Cui libro alia praeterea adscribat, quae Episcopus censuerit.

Librum alterum conficiat, in quo omnes, & singulos, quos vel concionandi, vel confessionis audiendi, vel sacra lectionis interpretanda causa Episcopus adhibito examine vel probat, vel improbat.

In hoc

In hoc ipso libro notet etiam, & nomina examinatorum, & diem, quo examen consecrerint, & causus item repulse, si quam aliquis tulerit.

Id ipsum de certo die, examine, probatione, aut reiectione eorum seruet, quorum experimentum sacra ordinationis causa sit.

Tertium librum habeat, in quem examina referat, quae generatim inscribuntur, atq; adeo cōficiuntur ad clerici progressionem in literarum studio inuestigandam, atq; explorandam.

Videatur, & concilium Colonien. anno 1549.

Nemo examine eximendus.
Estque ea mens Concilii Tridentini sess. 7. cap. 13. Presentati, seu electi, vel nominati à quibusvis ecclesiasticis personis, etiam sedis Apostolicae Nuntius, ad quavis ecclesiastica beneficia non instituuntur, nec conferuntur, neque admittuntur, etiam praetextu cuiusvis privilegii, seu consuetudinis, etiam ab immemorabili tempore praescriptae, nisi fuerint prius à locorum ordinariis examinati, & idonei reperti. Et nullus appellatus remedium se teneri possit, quominus ex amen subire teneatur. Presentatis tamen, electis seu nominatis ab vniuersitatibus, seu generalium studiorum exceptis.

Simoniacus requiritur.
§. 8. Ordinandus non est Simoniacus, causa prima tota ea in re versatur, semperque contra hoc vitium pugnat Ecclesia, & pro eo arma gerit mundus. Mihi sententia S. Greg. Ep. 110. lib. 7. probatur. Quisquis per pecuniam ordinatur (i. q. 1. c. 5.) Ea quae à sanctis patribus de Simoniacis statuta sunt, nos quoque & iudicio sancti spiritus & Apostolica auctoritate formamus. Quidquid ergo vel in sacris ordinibus, vel in ecclesiasticis rebus, vel data vel promissa pecunia acquisitum est, nos irritum esse, & nullas vquam vires habere, censuimus.

Et cap. 6. Quos consiliteri indignos meritis sacram mercatos esse pretio dignitatem conuictos oportet arceri, non sine periculo facinus tale perpetrantes, quia dantem pariter & accipientem damnatio Simonis, quam sacra lectio testatur, inuoluit.

Nec ordinatur inuitus.
§. 9. Nec inuitus, nec ambiens ordinetur. i. q. 6. Sicut. Inuito enim ordines dari non possunt, ambitioso non debent.

Homicida reuincitur.
§. 10. Ordinari non possunt homicidae, distinct. 50. c. 4. miror. Imo milites, & alii distinct. 51. cap. 1. Aliquantos ex his, qui post acceptam baptismi gratiam in forensi exercitatione versati sunt, & obinendi pertinaciam susceperunt, accitos ad sacerdotium esse conperimus, & quorum numero, Rufinus, & Gregorius perhibentur: aliquantos ex militia, qui cum potestatibus obdierunt, sēna necessario praeccepta sunt executi: aliquantos ex curialibus, qui dum parent potestatibus, quae sibi sunt imperata, fecerunt: aliquantos, qui voluptates, & editiones populo celebrarunt, ad honorem summi sacerdotis peruenisse, quorum omnium neminem, ne ad societatem quidem ordinis clericorum oportuerit peruenisse. Quae si singula discutienda mandemus, non modicos motus, aut scandala Hispaniensibus prouincis, quibus mederi cupimus, de studio emendationis inducemus: idcirco remittenda potius haec putamus. Sed ne deinceps similia committantur, dilectionis vestrae maturitas providere debet, ut tantae usurpationi saltem nunc finis necessarius imponatur: eo videlicet constituto, ut quicumque tales ordinari fuerint, cum ordinantibus suis deponantur.

Milites, confidici, curiales.
Et c. 2. Designata sunt genera laicorum, de quibus ad clericatum peruenire non possunt, id est, si quis fidelis militauerit, si quis fidelis causas egerit, hoc est postulatuerit, si quis fidelis administrauerit. De curialibus autem manifesta est, quoniam etsi immeniantur huiusmodi viri, qui debeant fieri, tamen quoniam saepius a curia repetendum, cauendum ab his est propter tribulationem, quae saepe de his ecclesiae prouenit.

Poenitentes non ordinandi.
§. 11. Nec ordinandus Clericus ex poenitentibus distinct. c. 15. Ex poenitentibus, quamuis sit bonus, clericus non ordinetur. Si per ignorantiam Episcopi factum fuerit: deponatur à clero: quia se ordinationis tempore non prodidit fuisse poenitentem. Si autem sciens Episcopus ordinauerit talem, etiam ipse ab Episcopatu suo ordinandi auctoritate potestate priueretur. Simili sententia subiacet Episcopus, si sciens ordinauerit clericum eum, qui viduam, aut repudiatam, vxorem habuit, aut secundam.

Et c. 57. & 58. Idem Canones Niceni, qui ab infimis etiam clericorum officiis poenitentes excludunt. Haec autem de publice poenitentibus, quorum sceleribus tremefacta est ecclesia, intelliguntur; quam humilitatem poenitentiam vocat Augustinus Epist. 54. quam describit Agathense concilium c. 15. Mitigatum est hoc decretum in concilio Tolet. i. distinct. 50. c. 68. Placuit ut poenitentes non admittantur ad clerum, nisi tantum sit necessitas, aut usus exegerit, & tunc inter ostiarios deputentur, vel inter lectores, ita ut Euangelium, aut Epistolam non legant. Si qui autem ante ordinati sunt diacones, inter subdiaconos habeantur, ita ut manum non imponant, nec sacra contingant. Eum vero poenitentem dicimus, qui post baptismum, aut pro homicidio, aut pro diuersis criminibus, grauissimisq; peccatis publicam poenitentiam gerens sub cilicio, diuino fuerit reconciliatus altario.

Causa quae patres mouit, ut poenitentes solenniter excluderent, fuit, quod eos qui in Ecclesia docere, sacramenta administrare debent, nolent ex grauissimis peccatis, ob quae poenitentia imponitur publice notos, & quodammodo infames esse. Tanto magis nunc aduigilandum, ne non modo poenitentes, sed etiam impenitentes, post grauissima peccata in Ecclesia locum honoratum teneant.

§. 12. Non admittendi vsuarii, distinct. 47. cap. 1. 2. 4. Nec modo non admittendi, sed nec retinendi, sed deiciendi de gradu merito indicantur. Inuita est illa cupiditas, & alieni subtilior, sed nequior inuasio, quam furtum, aut rapina. Nunc quoque cum omnia pessum eunt, cum ludæorum vsuras instruant, animantque Christiani, ut multarum vrbium sit illa negotiatio, ac ipse senatus multis Germaniae locis Societatem cum vsuariis ludæis inisse videatur, miserique illis veministris vtatur, hinc inquam ad aliquas etiam Clericorum aedes penetrant Iudaei, quamuis & sine Iudæis nonnulli aurum ex auro generent. Hos si Clerici sint, deponendos censent canones, si laici non admittendos ad ordines. Leges ciuiles etiam infames habent, nec vllum licet in senatore eligere, feneratori, multo vero indignius est, ipsum senatum aerarium suum vsuris, hoc est, subtilioribus, & nocentioribus furtis implere. Eiusmodi vero senatores causa cognita, dignitate, & officiis deici oportebat. Verum de vsura mihi alius dicendi locus est. Nunc quisque consideret, quam turpe sit in seruo Dei, quod leges puniunt in proceribus mundi.

§. 13. Apostata etiam ad clericatum non admittuntur. Si enim primam Deo fidem irritam fecerunt, quomodo eos Ecclesia, ut fidos Dei ministros honorare, atque iis se credere potest? Ita ex concilio Arelat. distinct. 50. c. 69. Hi, qui post sanctam religionis professionem apostatant, & ad saecularem redeunt conuersationem, & postmodum poenitentia remedia non requirunt: sine poenitentia communionem penitus non accipiant. Quos etiam iubemus ad clericatus officium non admitti. Et quicumque ille sit, post poenitentiam saecularem habitum accipere non praesumat. Quod si praesumpserit, ab ecclesia alienus habeatur. Multo minus ad curam animarum adhibendi sunt, qui animam suam tam temere abiecerunt: aliorum exemplo perdidicerunt.

Laudabile est itaque Moguntiacensi in Academia Theologica Theologicae facultatis statusum, ne ad gradus Theologicos, aut in senatum admittantur apostatae, quam nulli apostatae honores conferant.

§. 14. Serui & curiales excluduntur. Nam liber ordinatione efficitur, domino itaque nocetur. Ita Serui non Leo Epist. ad Episc. camp. prima. distinct. 54. c. 1. 2. Seruus si ad sacerdotium latenter irrepsit, peculium amissione multandus est, & manet seruituti obnoxius, cap. 9. & 10. Imo nec ad religionem potest admitti. Si domino praesen-

præfente, nec contradicente ordinetur, manet illi ordinis dignitas, & consequenter libertas, non tamen vel præfentator, vel Episcopus ordinator impune ferent, in duplum enim restituere tenentur. Seruus autem liber efficitur. distinct. 4. Si seruus. Imo videtur consentire dominus, nisi iustam silentii causam attulerit.

Libertus potest esse clericus. Libertate igitur donandus est, libertus enim clericus fieri potest. Olim cum seruorum esset multitudo, Ecclesia plurimos, & seruos, & libertos habuit, ex quibus idoneos sæpe in clerum allegit: De libertis faciendis, defendendis, &c. Vide Tomos Concil. Biniensis. T. 2. p. 2. f. 372. & 335. c. 1. c. & 366. f. & 357. a. b. & 38. c. 2. f. & 32. c. f. & 499. c. 1. d. & T. 2. p. 1. f. 555. c. 1. f. & 267. c. 2. c. & f. 356. f. & f. 280. d. & fol. 516. F. Tom. 1. p. 1. f. 197. f. Tom. 1. p. f. 767. c. 2. C. & Tom. 3. p. 2. f. 650. c. 2. d.

Hæc de seruis; de Bigamis iam supra dictum est.

Illegitimus non ordinandus. §. 15. Illegitimi ab ordinibus excluduntur. distinct. 56. & multis deinde præceptis; Concilio Pictauiensi sub Paschali, Presbyterorum filii, & ceteri in fornicatione nati ad ordines non promoueantur, nisi aut monachi fiant, aut in congregatione canonica regulariter viuentes, prælaturarum tamen omnino iubentur esse incapaces.

Ordinari non possunt, qui titulo carent. §. 16. Nec ordinatio sine titulo facta probatur. Ita Chalcedonenf. c. 6. dist. 70. c. 1. Neminem absolute ordinari presbyterum, vel diaconum, vel quemlibet in Ecclesiastica ordinatione constitutum, nisi manifeste in ecclesia ciuitatis, siue possessionis, aut in martyrio, aut in monasterio, qui ordinatur, mereatur ordinationis publicata vocabulum. Eos autem qui absolute ordinantur, decreuit sancta synodus vacuam habere manus impositionem, & nullum tale factum valere ad iniuriam ipsius, qui eum ordinauit.

Cur sine titulo nemo ordinetur. In latino obscurum est, & nullum tale factum valere, in græco clarum, ὡς αὐτὸν δὲ αὐτὸς ἐνεργεῖαν, non posse efficax esse, non enim licet vi ordine sic accepto. Titulus igitur necessarius est, vt vel in Ecclesia titulum habeat, & sustentationem, vel sane ab Episcopo, aut iis sit facultatibus, vt ex patrimonio suo sufficienter possit viuere. Ne vagabundus oberret, & paupertate pressus ad illicita conuertatur.

Raptorum filij, non ordinandi. §. 17. Filij raptorum virginum non admittuntur ad Ecclesiam. Concil. Meldens. c. 64. Nisi forte eos vel maxima Ecclesiæ necessitas, vel vtilitas, postulet, vel euident meritorum prærogatiua commendat.

Eunuchi non ordinantur. §. 18. Eunuchi ad ordines non admittuntur, nisi morbi causa sit, aut violentia aliena factum. Canon primus Concilii Niceni ita habet. Ἐἰ τις ἐν νόσῳ ὑπὸ ἰατρῶν ἐχαρακτοῖται, ἢ ὑπὸ βαρβάρων ἐξημερῇ, & τῷ κληρῷ ἐν τῷ κληρῷ. εἰδὲ τις ὑγιαίνων ἐαυτὸν ἐξέτιμει, ἢ ἐν τῷ κληρῷ ἐξέτακτο, καὶ περὶ αὐτοῦ πρὸς τὸν κληρὸν ἡ ἐκ τῶν δούλων μηδὲν τῶν ῥημάτων ζῆναι πρὸς τὸν κληρὸν. ὡς περὶ τῶν παρὰ δούλων, ὅτι περὶ τῶν δούλων μὲν εἰρηται, ἔως εἰς τὴν ἐκ τῶν βαρβάρων, ἢ δεισποτῶν ἐν τῷ κληρῷ, εὐερίσκοντο, ἢ ἀλλως αἰετοῖ, τὰς ῥημάτων εἰς κληρὸν πρὸς τὸν κληρὸν. Si quis à medicis propter languorem defectus est, aut à barbaris absisus, hic in clero permaneat. Si quis autem seipsum sanus abscidit, hunc & in clero constitutum abstinere conuenit, & demceps nullum debere talium promoueri. Sicut autem hoc claret, quod de his qui hanc rem assèctant, audientque semetipsos abstinere, dictum sit; Sic eos, quos aut barbari, aut domini castrauerunt, si inueniuntur alias dignissimi, tales ad clerum suscipit regula.

Nisi morbi causa, vel vi actum sit. Nisi morbi causa sit, vel vi actum sit, aut à barbaris absisus, hic in clero permaneat. Si quis autem seipsum sanus abscidit, hunc & in clero constitutum abstinere conuenit, & demceps nullum debere talium promoueri. Sicut autem hoc claret, quod de his qui hanc rem assèctant, audientque semetipsos abstinere, dictum sit; Sic eos, quos aut barbari, aut domini castrauerunt, si inueniuntur alias dignissimi, tales ad clerum suscipit regula.

Leontii furor in amore. Canonis causam Leontius dedit, qui iussus confortio suspecta iuuenula desistere, seipsum castrandum dedit, ne ab ea seiungeretur, & tamen suspicionem fugeret, sed tamen ille depositus est, & indigna-

tione victus quasi pro vindicta ad Arianorum castra defecit. Canon Apostolicus quem citat Concilium Nicenum est 22. Verum audire Apostolorum verba præstat.

Canon. 21. Ἐὐνῶς ἐἰ μὲν ἐξ ἐπιτομῆς ἀνδρῶν ἐξήμετο τις, ἢ ἐν διαγίῳ ἀφαιρέθῃ τὰ ἀνδρῶν, ἢ ἕως ἔφθ, καὶ ἐστὶν ἀξίος, κληρῶν. Eunuchus si per insidias hominum factus est, vel si in persecutione eius sunt amputata virilia, vel si ita natus est, & est dignus, efficiatur Episcopus.

Canon 22. Ὁ ἀκρωτειαῖσας ἐαυτὸν μὴ κληρῶν. αὐτοφρονεῖν τὸ ἐστὶν ἐαυτὸν, καὶ τὴν τῶν δούλων ἀναιμωσίαν ἐχέει. Si quis abscidit semetipsum, id est, si quis amputauit sibi virilia, non fiat clericus, quia suus homicida est, mortis, & Dei conditionis inimicus.

Canon 23. Ἐἰ τις κληρικὸς ὢν, ἐαυτὸν ἀκρωτειαῖσας, καθαρῶς ἐσθλὰ, φρονεῖν τὰς ἐστὶν ἐαυτοῦ. Si quis cum clericus fuerit, abscidit semetipsum, omnino damnetur, quia suus est homicida.

Canon 24. Λαῖκός ἐστιν ἀκρωτειαῖσας, ἀφορρίζεται ἐπὶ τεία. ὁμοῦ καὶ ἐστὶν τῆς ἐαυτοῦ ζωῆς. Laicus semetipsum abscondens, annis tribus communione priuetur, quia sua vita insidiorum exitus.

Nec differt ab hoc mandato Apostolico, quod Deut. 23. v. 1. Non intrabit Eunuchus, attritis, vel amputatis testiculis in Ecclesiam Domini. Illa in Ecclesia puto, etiam si naturæ vitium, aut hominum iniuria factum fuerit, nihilominus fuisse in lege præscriptum, ne sacerdotio fungerentur; at in noua de voluntaria abscessione agitur, qualem experiri voluit Origenes, qui ab Alexandrino Episcopo Demetrio, ea de causa fuit depositus. Euseb. l. 6. c. 7. & 17.

Cur tantopere rem illam canones detestentur, causæ complures sunt. Primo quia magno vitæ periculo ea mutilatio peragitur, ideoque tales vt ἀνὴρ ζῆγος homicidæ sui ipsius habentur. Deinde quia vigor etiam mentis interit, & malignitas quadam, pusillitasque accedit, ipsa corpora deteriora fiunt. Id quod in belluis quoque cernimus. Tertio, ac sic quidem tentatio vitatur, neque voluptatum voluntas excinditur. Quarto, erat etiam veritum ciuilibus legibus; hæret. 64. Epiphanius. Iustinus oratione ad Antoninum refert adolescentem vt omni motu carnis irrationabili careret, libellum Felici Augustali profecto obtulisse, vt medico id facere liceret. Idem peccarunt duo monachi Ægyptii quos Theophilus Alexandrinus eiecit, Epiphanius vagantes, vndique eiectos admonuit, & emendauit. Quinto. Contumeliosum erat tot virginibus, & continentibus, si castitas ferro quærenda Christianis, non de gratia domini crederetur. Sexto. Ministri Cybeles, alique acuta sibi filice pondera demebant, vt ille loquitur, & crudeli, stolidaque superstitione dæmoni seruebant, alii plumbi, & cicuta frigore continentiam breuem mentiebantur; itaque noluit illis Ecclesia suos similes vel esse, vel videri, memor continentiam esse donum Dei, quod seruata operis Dei integritate, nos auctori suo consecraret.

Vetus Ecclesia Eunuchos non admittit.

Cur Eunuchi spontanei non ordinantur.

Continencia donum gratia est, non filia seuitia.

CAPVT XIII.

Doctrina, aliaque dotes ordinandorum.

§. 1. **D**ELECTVM igitur in hæc sacra militia accuratissimum, contra quam nunc multis in locis fit, postulo. Ille vero secundum illa quæ dixi Ecclesia est instituetur, vt ab sint crimina, defectusque canonici, ad sint virtutes illæ, quas Apostolus requirit. Quod si pueri, aut adolēcentes Ecclesiastico ordini deputentur, sint ea indole, ingenio, moribus, vt virtutis, & eruditionis quam capacissimi iudicentur.

§. 2. Præclara eruditione sint clerici; at vero Episcopi, quique eius sunt in Ecclesia Cathedrali quasi doctores affecto.